

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Amor t  
cum fonte primo

Nichil amantibus durum,  
nullus labor difficilis;

amemus et nos Christum  
et facile uidebitur omne difficile.

Ieronymus in quodam sermone.

Nihil amantibus durum est,  
nullus difficilis cupienti labor.  
respice, quanta Iacob pro Rachel pacta  
uxore sustineat. et seruiuit, inquit  
scriptura, Iacob pro Rachel annis  
septem. et erant in conspectu eius  
quasi pauci dies, quia amabat  
illam. unde et ipse postea memorat: in  
die urebar aestu et gelu nocte.  
amemus et nos Christum,  
semper eius quaeramus amplexus,  
et facile uidebitur omne difficile.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*,  
22.40 (CSEL 54, I. Hilberg ed., p.207,  
ll.3-10).